



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quòd Christus non de homine, sed de Spitusancto sit co[n]ceptus & formatus in vtero virginis de sanguine & carne illius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

1. *Quòd Christus non de homine, sed de Spiritu sancto sit conceptus & formatus in utero virginis de sanguine & carne illius.*
2. *Quare Christus sic de Spiritu sancto concipitur & de virgine nasci voluerit.*
3. *Quòd beata virgo sit perpetua virgo, & matris sit in partu, & post partum.*



OC sine hæsitatione credere oportet, quòd beata virgo non de homine, sed de Spiritu S. prægnas facta est. Sic enim docet angelus virginem ipsam, cum quærebatur, quomodo conciperet sine viro, Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: & quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Sic etiam dicit Esa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium &c, non dicit, concipietur a viro. Igitur qui primum hominem creare potuit in matre, hæc virtus & potestas Dei altissimi potuit creare ex purissimis guttulis sanguinis Mariæ conceptionem Christi, eo quòd dixit illi angelus, quod Deum non est impossibile omne verbum: & quod Deum naturam probat exemplo sterili Elizabethæ, quæ grauida est. Ideo omnes Iudei sunt condemnati, quia dicentes Christum de semine Ioseph esse natum. Sic quæ illi dicit angelus Matthæi 1. Quod enim in eam factum est, de Spiritu sancto est, ideo hoc firmiter credendum, quòd non ab homine sit conceptus Iesus Christus, sed quòd Spiritus sanctus operatus est illam conceptionem in utero virginis Mariæ.

2. *Quòd de Spiritu sancto concipi & de Maria virgine nasci voluerit, hæc ratio fuit: ad conterendum caput serpentis.*